

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

D. Iusto Iona S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

chabeorum. Quare triste fatum extreme senectas  
mundi agnoscentes, & ut possimus ferentes, petam-  
mus, ut dux filius Dei pro nobis præletur, & mihi  
get nobis crumnas publicas & priuatas. Ego eti-  
domestico luctu ualde excrucior: intuens publica  
Ecclesiae uulna, multo maiore dolore adficior. Re-  
dire ad uos eo magis cupio, ut consuetudine &  
sermonibus uestris animum a moesticia abducam.  
Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Chri-  
sti oro, ut te Ecclesiae domestice tue, & communi-  
seruet in columem: ex à uestris liberis depellat dia-  
bolum, grassantem in liberos. Bene uale, & Aprilis.

D. Iusto Ionæ S. D.

Reuerede uir, & amice colende. Quoties de A-  
cademicæ nostræ statu, qualis fuit ante hoc tempus,  
cum sedes doctriinae celebris esset, cogitamus, tue  
conjectudinis recordamur: teq; propter ingenij, e-  
ruditionis, eloquentie & uirtutis prestantiam sin-  
gulare ornamentum nostri coetus fuisse iudicamus,  
ac tuam assiduitatem in uarijs Ecclesiistarum nego-  
cij, in dandis consilij, in iudicij, in alijs laboribus  
grata cōmemoratione prædicamus: ac inter exem-  
pla inconstancie rerum humanarum recensemus,  
& huius nostræ politie cōcussionem, in qua tam  
multa ornamenta amisimus. Etsi autem ab illustris-  
simo Electore, postquam ex tanto naufragio non  
solam

solum nostrae Academie, sed penè uniuersæ Ger-  
 manie tanquā tabulas colligere cœpimus, benigne  
 diutius sumus: tamen exarij iacturam nondum farci  
 re poterimus. Coloni enim nōdum pendent usitata  
 tributa, & Comes N. debet iam 1600 aureos. In  
 hac exarij inopia nouam scholæ dispensationem me  
 tuimus: quæ eo erit difficilior, quia in his ipsis re-  
 gionibus, in quibus uiuimus, noua hospitia queren-  
 da erunt. Vagantur pañim exercitus. Itaq; te ora-  
 mus, ut tu quoq; calamitatum nostrarum rationē  
 habeas: ac responsonem boni consilii, quæ uera  
 & simplex est: cūm nō sit in exarrio tantum, ut sol  
 ui stipendia proximo quadrante anni possint, mit-  
 tere nunc nihil potuimus. Nec ignota est hæc ino-  
 pia illustrissimo Electori, qui nūc deliberat de pen-  
 sione, quæ ex fundis, quos habuit Comes N. debe-  
 tur. Hanc si non obtinebimus, ne nobis quidem sti-  
 pendia solui poterunt. Ferenda igitur erit cōmunis  
 calamitas, in qua hæc pecuniarū iactura multo le-  
 uior existimanda erit: quia alia maiora toleranda  
 sunt. Turbantur Ecclesie, pelluntur ex nidulis pī  
 pastores cū totis familijs, multi senes pastores cru-  
 delissimè trucidātur, rapiuntur eorum cōiuges &  
 filii, scribuntur edicta sanguine, & impie leges Ec-  
 clesijs imponuntur. Hæc tristissima spectacula ma-  
 gis excruciant hominum mediocriū animos, quam  
 priuata exrumine, sed si hanc doctrinæ sedem Deus

B 4 sua

sua bonitate seruabit, benevolentia nostram erga  
te & tuos cum alijs officijs, tum uero etiam hac in  
re, quā petis declarabimus. Viteberge, 23 Ianuarij.

/548-

Reuerendo uiro, D. Caspero Aquilae, pa-  
stori Ecclesiae Dei in oppido Sal-  
uelde, & uicinia episcopo, ami-  
co suo, S. D.

Venerande domine Caspar. Et si magna disputa-  
tiones quotidie fiunt, & impendent tristiores: ta-  
men Deo iuuante, mea mens cum Ecclesijs harum  
regionum sonantibus uocem Euangelij, quam tua  
Ecclesia sonat, semper consentiet. De Academia  
nostra nihil certi scribere possum. Fortassis con-  
uentus proximus nos noua exilia suscipere coget.  
Imperator enim postulat, ut omnes principes Con-  
cilio adsentiantur: & promissione dicuntur, se adsen-  
suros esse. Sed breui nos & tu certiora audiemus.  
Dialectici libelli primum in nundinis absoluenter:  
cum erunt absoluti, tuis dulcissimis mittam exem-  
pla. Gratias tibi ago, quod & nostro dolore adfi-  
ciaris, & tua cōsolatione mederi meis vulnerib. stu-  
des. Plura scriberē: sed iam accepi literas de pericu-  
loso meo cōiugis casu, & de alijs plurib. periculis.  
Deus mitiget publicas & priuatas aerumnas. Bene  
& feliciter uale. Salutem opto uiro integerrimo,  
patri Erasmi, quem hodie expecto. Die 18 Septem-  
bris, 1547.

Cla-